

Erat corde humilis, eloquio dulcis, affecta pius, opere strenuus, disciplina zelosus, corpore castus, animo quietus, oratione continuus, studio servitus, prudenter cautus, devotione precipuus, zelo discretus. Et quid opus est, me multa percorrere, dies me profecto deficeret, si singulas virtutes ejus enumerares velim. Excedunt enim ejus merita oris me facundiam: et stylis vires facile superant. Unde quamvis inter divos Patres non sit relatus ab Ecclesia, credimus tamen cum sanctis eum in coelesti beatitudine festivare. Nec multum de hac negligentia sollicitamur, quia non in hac vita sanctitatis praemia, sed in futura novimus esse donanda. Festa autem sanctorum non faciunt sanctos, sed probant. Et honores justis impensi nihil illis conferentes, ad utilitatem viventium referuntur. Sed quis dubitaverit innumerabiles cum Christo regnare sanctos, quorum apud viventes nulla festa celebrantur? Sufficit illis aeterna jam possessa felicitas: quibus negligentia nostra nihil minuit, impensis honor nihil augebit. Ergo si vita religiosa sanctos constituit, Rupertus Tuitiensis abbas jure sanctus consendus est, quem doctrina illustrem, conversatione venerabilem fecit. Insigne sanctitatis est, si is qui honore colitur, sancti Spiritus testimonio Iustus comprobetur. Sicut olim apud Syros beatus levita et monachus Ephraem Spiritu sancto per visionem doctior ardens constitutus, sic Rupertus presbyter noster et abbas, eadem facultate illustratur. Aequa virtus, praemium æquale meretur. Nec dicimus scientiam Scripturarum ad sanctitatem sufficiere, quam boni et mali possunt habere communem: sed de illa virtute charitatis loquimur, qua sola inter bonos et malos discernit. Hae Rupertum venerabilem, et cœlis reddidit gloriosum. Merito ergo sanctus creditur, qui gemina charitate referens, et Deum pura mente colait, et proximum tanquam semetipsum amavit. Non enim sibi solum laboravit, quod multi faciunt, sed omnibus exquirientibus veritatem.

Sanctus laborat, dum orationi et contemplationi intentus, proximum erudit et informare recusat. Rupertus autem noster omnibus providit, dum et sibi per orationem, et aliis per doctrinam intendit. Et ideo dupli honorè dignus habendus est, qui bene præcessere curavit, fratres etiam suos hujus Tuitiensis cœnobii ad regularem observantiam vivere adeo di-

A ligenter instituit, ut etiam post ejus decepsum, annis multis, laudabilis vita monachorum inibi permanuit. Sed tempore succidente, devotio monachorum rursum tepuit, et mundanis pompa sanctam observationem penitus destruxit. In qua deformitate per plures annos multi miserabiliter perierunt: donec tu tandem nostris diebus, Gertace pater venerande, surrexisti, teque murum opponens pro domo Dei, antiqua Ruperti viri clarissimi, cui antecessoris vestigia suscitasti: et in hoc loco pervigili cura introduxisti ordinis reformationem. Unde qua possum sedulitate, tuosque exhorto fratres, ut observantiam introductam laudabiliter continuetis: ab eo labours vestrorum receptari præmium, qui bonis operibus donat incrementum. Intueamini Rupertum vestrum, de quo loquimur. Et quantum possibile est, ad ejus imitationem festinate, qui talis tantusque exstitit, ut sua vita omnibus prebeat exempla virtutum. Quid enim illi decesset virtutis, qui ita visit, ut ne curiosis quidem oculis daretur occasio detrahendi? Summa prudencia, summa religio, summa pietas in eo relicebat, ita ut enactis in exemplum vivendi positus videretur. O venerabilem virum, cujus tota conversatio, doctrina erat, cujus mores ad pietatem non minus, quam verba faciebant. Constituit eum Dominus super familiam suam, traditisque talentis ad usuram sanctam, præcepit esse sollicitum, qui eum suorum gerens fideliter, pecuniam Domini sui mysticam ad lucra magna exposuit: dum affecta purgatus, donum quoque intellectus, quod accepit, ad utilitatem multorum dilatavit. Charitas enim Dei, quam gerebat in pectore, eum ad opera pietatis semper excitabat. Amor quippe Dei nunquam est otiosus: operatur enim magna. Quia dum interius ardor in mente, foris illuminat in operatione. Unde Rupertus nunquam fuit otiosus ab opere: quia ardebat interius ex amore. Magnus amor magnum præduxit incendium: qui totis desideriis salutem sitivit animarum. Sciebat enim vir prudens, quod super omnia sacrificia zelus animarum in conspectu Dei placeret. Multos igitur erudit ad justitiam, et ab iniuriantibus plurimos avertit. Jam autem in celestibus gaudens, recipit auctoritatem laborum suorum: ad eujus gloriam si pervenire cupimus, ejus oportet vestigia sequamur.

## DECLAMATIO DE RUPERTO ABBATE TUTIENSE

Ex suis ipsis libris conscripta

AUCTORE MATTHIA AGRICIO WITLICHIO.

Veteris moris est, auditores humanissimi, insignium virorum laudes oratione celebrare. Animadversum namque est a sapientibus ejusmodi laudem prædicatione, atque nobilitate generosis constantiam, ignavis calcar addi, ut videmus tubarum cantu aerium militum animos reddi confirmatores, degeneres excitari. Quanquam recordanti Grecorum morem vetustissimum subit funebres orationes, seu monodias plerasque fortium virorum laudes, qui pro aris atque focis pugnantibus in acie ceciderant, complexas fuisse, consuetudine postea translatas, cum ad ceteros, tum vel maxime ad eos qui ingenii doctrinæque laude pluribus sui temporis hominibus præstitione Meminit Lysias Græcus orator, et Cato in

D Originibus suis. Certe litterarum gloria apud omnes semper gentes, quas non extrema barbaries disjunxit, avertique ab eis, omnibus partibus nobilissima fuit. Exsa regis cuiusdam Hierosolymorum elogium, qui dixit se nolle diadematæ quam litteris carere, quod haec tenus illi sempiterno fuit honori. Ac nec certas ob causas cursim legente nonnulla Ruperti abbatis Tuitiensis opera, fateor ingenium, doctrinam et pietatem tanti viri, quorum illustria vestigia impressit suis scriptis, admirationem magnum, jueundam tamen animo subiecisse meo. Itaque cursum vita sup, quemadmodum ipse loage omnium certissimas testis sparsim memorie tradidit, hæc declamatione persequi volebam. Neque hic vestram alicationem exci-

tabo, cum ante sciam vos omnes nobilissimi doctoris A laudes arrectis auribus libenter excepturos. Progrediar igitur ad narrationem historie.

Quae patria Rupertus fuerit, quique natales, juxta milii incomptum est. Germanum fuisse natione, docti homines Trithemius et Cochlaeus testes sunt. Quanquam Atheniensis sis, an Seryphius, parum referre statim, modo virtutibus maiores tuos adseques, aut si ignobilis loco natus sis, ornamentis ingenii, atque recte factis majorum ignobilitatem illustres. Virtus enim neque natalium imaginibus, neque census magnitudine, circumscripta est, neque tenui sordes aspernatur, omnibus in quibus amor laboris cernitur, ex quo suę claritatis communicans fructum. Et plures obscuri milii videntur numinis afflati, et generosi animi contentione ad tantam emersisse gloriam, cuius memoriam nulla vel temporis vetustas obvire potest, quam claris orti natalibus. Non sanguinis et familia conditione, sed virtutis amore spectantur ingenia. Notum est illud Ausonii de Severo imperatore :

*Punica origo illi, sed qui virtute probaret  
Non obstat locum, cum valet ingenium.*

Rupertus igitur jam inde a puero ad omnem offici pietatisque rationem eruditur in cenobio S. Laurentii prope Leodium, cui ante biennium impia secliorum manus faces intulit, sub Berengero abate, ususque praecitore Heribrando, viro fidei et prudenti, sub quo ut aetate, ita et puerilis discipline adolevit perceptione, tanquam, qui illud antiqui comicci ruminaret.

*Ότιον πέμπτον ήταν ἡ ἀρχή βροτοῦ.*

(1) Neque aliter facere potuit, ac si quibuscum vita consuetudine conjugebatur, quibus assiduum studium erat ad instar coelestis istius societatis Deum semipternis laudibus ferre, ac in omni pietatis meditatione versari. Eleganter Basilius : *Ἄσκεσθαι, inquit, τὰς εὐεργετὰς τὰς φύγεις τοῖς διεργάστησι, usitatum erat his temporibus, ut nonnullis prioribus, pueritiam in cenobio doceri, præcipue illis qui ordinis D. Beneficii erant, unde multi clara memorie viri, inter quos Boalifacius primus archiepiscopus Moguntinensis, et Beda omnibus modis presbyter venerabilis numerantur, processerunt. Nunc aliquis conferat mores nostre pueritiae cum illo saeculo.*

Quam neglecte, ne dicam impie, in multis locis puerilis educatio curatur. Nunquid contagione deliciarum domesticarum juventus inficitur? Nunquid dulcedine licentiae corrumpitur, morumque perversitate, ne dicam errorum, depravatur, antequam vel ad virtutis alicuius, vel ad judicij maturitatem perveniat? Quis, inquam, justas dolendi causas sibi absesse negare possit, cum nostra aetate ubique fere terrarum bene multa exempla oī oculos habeat? Docet difficultas litteratorum fidei, atque diligentiae postea objecta in distortis corruptisque quorundam ingenii refingendis, de quibus jure illud sapientissimi poeta jactatum meminimus :

*Σύλλογος αἰδίωντος ἐρήμου.*

Ut enim candida lana nativum colorē plane nunquam recipit, si semel peregrino colore fuerit tintita; ita animus puerilis, semel pravis seu moribus seu erroribus corruptus, ad pristinam innocentiam difficilime, vel potius nunquam refungi potest: manent in omnes amicos consequentes nota, et signa quedam, seu rudi tabule impressa linamenta.

Quid de adolescentia nostri Ruperti dicam? Plurima hercule sese offerunt diceuda, sed tempore excluso potiora capita attingenda erunt. Haec non in uno genere laudis efflorescebat. Pietatem namque in primis, ut dixi, domestica consuetudine adductus

A complectebatur, cujus quotidianis auctibus religiosissimus evasit, que ut omnia cetera, que quidem in bonis sunt assimilate progressionis, angescere vult. Excepta autem pietate nihil est, quod hominem vere suavi delectatione satiare, aut securitate, conscientia optima voluntatis manire, aut etiam copia, saturitateque omium rerum explore possit. Sola pietas tanquam pabulum Christiane anime, non tantum studii, et doctrinae merito jure censetur, estque ea demum sola vita, que ut plurimum in pietatis, honestatisque cultu vivitur. De quo ipsum Rupertum, in libro quem *De pietate* inscripsit, multo omnium pulcherrimo videtur. Ita pleno (quod dicitur) gradu progressus, in dies uberioris scientiae cum pietatis laude singulari adequabat opinionem, liberanterque ferebat illud sibi occini.

*I bone, quo virtus tua te vocat, i pede fausto,  
Grandia latrurus meritorum premia.*

B Paulinum illud animo filiorumque nunquam excidebat. Attende tibi, et lectio, seque exercebat in omni genere litterarum, quod quidem tunc temporis in ea erat, modo styli temperandi gratia carmen in orationem liberam communans, modo orationem liberam legibus carminis astringens. Et exsisterunt quedam opuscula carminum, item variarum odarum, que temporum injuria perlisso suspicor. Inter haec, praeter cetera nounulla, Carmen de Spiritu sancto fuit, cuius quoddam fragmentum exstat. *Vita dicit Angustini. Vita S. Odolia virginis. Cantus etiam ecclesiastici de S. Severo confessore. Idem cap. 26, super Matthaeum* testatur, hunc habitum ingenii ita preparatum, et quasi præcolum fuisse ad explicationem sacrarum litterarum suscipiendam. Cumque esset summo ingenio, summaque memoria præditus, colit eloquentia studia rectius ceteris, qui per pauci fuerunt, nec bonis studiis dediti, nec satis latine loquentes. Gracie lingue professio jacebat omnis, immo vix nomen (que istius saeculi etiam apud Italos fuit infelicitas), in schola manebat: eloquentia contabebat, pro puritate nativa Romanae lingue sordes recuperant, et desitam erat ad certum aliquod dicendi genus orationem formari; placebant sordida assuetus. Et ut Cleeronis aetate idem floridus nitor, et eadem puritas, et proprietas ubique sui squaloris in ubere isto fetu scriptorum eluxit: ita latinitate obsolescente sordes probatae sunt.

C Quia et barbaries saepe barbarie commutata est, ut quemadmodum ante aetatem Tullii paulatim Latinitas suum splendorem germanamque perfectionem assequebatur: florente autem Tullio, iam summorum hominum consensu elegantiam perfectamque copiam assecuta dicebatur, ita ab ejusdem obitu a summo candore in aliud dicendi genus recessisse atque degenerasse comperimus, idque, ut Tacitus et Suetonius boni scriptores narrant, desidia juvenitatis, et negligencia parentum, et insitia præcipientium. Vixit autem Rupertus saeculo plane barbaro, D et ab humanioribus litteris prope remoto. Quo magis admiror stylum Ruperti non inquinatorem esse, sed potius eam gravitatis ac venustatis laudem habere, ad quam isto saeculo multi non aspirare quidem ausi fuerunt. Non possum autem non dolere, cum videam renatis optinalis juxta ac laudatissimis in omni genere doctrinae in scriptoribus ut et linguis, perversitate judicii nostrorum hominum languore multorum industriam.

Quotusquisque est qui saeculo felicissimo Ruperti diligenter annulet, qui poesim cum oratoria facultate conjungat tanta contentione ingenii atque laboris, idque hoc saeculo, quo nulla non laudabilis eruditio suam lucem accepit. In magna quandoque juventuti: frequentia vix unus ac alter satis industris in utraque parte repperitur.

Rupertus cum tenebris et caligine barbariei diga-

(1) Vide prefationem Ruperti in lib. De operib. Trinit.

dishabatur : nos objectua lumen quam parvum aentis, quam parvum vigilantibus contumur oculis? Nam pauci nativa proprietate dictionem suam respergunt, contenti qualicunque colore tinxisse orationem : ac poesis Christiana nonnullis etiam sordet, qui opinione non modo pietatis, verum etiam doctrinæ habere debebant, quorum aliquibus illud Græci sapientis non sapiente dignum carmen crebris sermonibus userpari suspicor.

*Ἐργα δὲ κυπρογενές τὸν μὲν φῦλα καὶ λεπύτσα.*

Ego ita existimo antiquissimos, sanctissimos patriles et doctissimos Patrum incredibilis voluntatem, imo sanguinem aliquem succumque pietatis ex poesi hausisse, colorem verborum interim nitoremque minime omnium respuisse. Profanam degustabant quidem, sacram observabant, cujus delectatione animos explebant. Ea tempestate poesis quasi fax pietatis inflammata frequentabatur, dum verbis et significantibus et arte figurata ad pietatem compo-sitis hymni ecclesiastici tempora complebant. Neque inani tantum sono metrum adhibitum ferire putetur aures, cum suavitate compositionis permutat, et animo jucunditatem ingenerant. *Διαρρήσης καὶ θάνατος,* inquit Græcus Theologus, τὰς ψυχὰς κατάστρωσεν τῶν παρογενέων καρπόντων. Rupertus juxta pulchre lib. v in lib. Reg., c. xxiii : « Musica, dicit, intus vi quadam et potentia naturali spiritum hominis mouet, et cum decenter convenit, eum verbo vel sensu divine laudis concutit penetralia cordis, et illam, quam accepti homo, resuscitat in eo gratiam Spiritus Dei. » Quod optime experiens Psaltes, primus psaltes incolitus, dicit : « Os meum aperui et attraxi spiritum. » Ut Augustinus, referente Rabano, approbat consuetudinem canendi in Ecclesia, ut per oblectamenta aurum inferiorum animas ad affectum pietatis essergat. Norunt id ita esse, qui aures atque judicium ad bujuscum exercitationem genus non intruditum afferre possunt. Ceteri, ut absunt a cognitione poesis, ita longius a spiritu isto : vel unus Beda consultus plenum fidem meis verbis astrinet, qui non gat-habuit versus optimos fecisse, et libros insuper nobis de re metrica relinquenter utiles. In hanc clessem alioeandi erunt Prudentius, Anabrosius, Prosper, Paulinus, Sedulius, Arator, Beda, caterique viri quavis laude superiores, quorum cogitationes in hoc genere laboris pie castaque versate fructus amplissimos hactenus in Christianam societatem intulere. De recentioribus nihil dicam, cum inter hos qui pyrem venustatem cum simplicitate atque pietate expresserent, non desideremus. Nihil dulcius, nihil potenteris sacra poesi, quam optimas quisque pro eo ac debet semper maximi facit.

Sequitur virilis etas, que eum graviorum rerum admouit. Relictis ergo studiis artium poeticesque quasi explicatis ingenii nervis, mentis aciem ad tractationem rerum amplissimarum, et latissimis philosophia coelestis abditis erutarum sustulit, prudenter odorous delibansque lumina florum, que suavissime fragrant emicantque in patenti sacro-sancto theologie campo, oculisque non corporum, sed animorum felicissime blandiuntur, solitus maxime matutinis vigiliis precibusque operam dare, quibus superfusa luminis desper claritate totus Deo affixus, totusque nonnunquam splendidus fuit. Cum et ipse adjuratus a Cunone abate Siebergense, quem ut parentem reverebatur, omniisque prosequitur veneratio, scribit sibi Spiritum sanctum de nocte, ut globum ignitum illapsum, totumque pecus mira suavitate circumfuisse, hominemque totum sibi possedisse. Inde in explicatione hagiographie sapientiae Dei, ut face prænitente admirabili sua facultate et utilitate versatus est. Cujus tantus in sacra lectione fuisse dicitur ardor, ut ne quietem quidem vivum corpus satis capere possit, labia etiam, ut studia diurna de nocte a labore quiescentibus occurserint subinde, movere videretur. Quoties ma-

A jores ingenii gratiaeque dotes in aliis intelleguntur, assiduitatem preceps suarum lacrymis pernascerent, condiebatque tantisper dum numinis gratiam abundantiorem ad ingenui profectum accessisse sentiret. Redonnis a precibus tanta doctrinae libertate redundabat pectus, quantum vel duo tresve celerrimis digitorum articulis poterant excipere. Sero presbyteratus gradum attigit propter Romanæ sedis dissensiones, que mortuis auctoribus paululum conqueverunt, ita ut quis, cui adhuc eret ecclæ-justico magistratus, non satis certum haberet. Rupertus nihilominus nonquam feriari a susceptis laboribus visus, quanquam arna Henrici IV Germaniam per vagarentur, qui pontificis diris defluxus ordinis ecclesiastici flagrabat odio gravi, nec esse uspiam tam religioni, tam Musis domiciliū : sed Ruperto, cui divinitas munus scribendi injunctum erat, quem toties Spiritus Domini sua aspiratione dignabatur, benignè fieri voluit Deus, cum exteris non usquequaque bene esset. Ecquis autem nescit in Domini voluntate benevolentiaque positum esse, qua vita quave fortuna conditione quenque velit uti, cum huic nonnunquam in tempestate et caligine sive bellorum, sive allarum calamitatum, Alcedonia spirarent, illi tempestas ipsa in caput inque fortunas omnes magna cum clade irrunt. Erant plerique ecclesiastici id temporis in eadem fere causa, sed non in eadem fortuna. Siquidem probabile est ut consilii et sententia, ita castris atque armis discessisse, praesertim imperatore in iura ecclesiastica invocante. Ceciderat autem Ruperto percommodi quod ab archiepiscopo Frederico Coloniensi antea propter egregiam famam nominis scientiaeque Tuitium traductus, illasque loci abbas, ut reperio, decimus constitutes erat, ubi non solum ipse in rerum omnibus perioratione, tranquillitate litterarum, dalecisque perfruuntur otii, verum etiam aliis quibusdam insperatoris armis passim circumsonantia extimescentibus, hospitium tectumque prebebat. Nonquam non quidem ille in agitatione mentis conquescebat, semper egredit tempore, dumque hunc abbatis prefuit (præfuit autem annos permultos) cogitando aliquid consequebatur, quod eruditus bonialis est proprium, translatā rei familiaris procuratione in personas isolatas, siquidem non perinde curis externis impeditus animus quietem hospiti spiritui sedem exhibet seu conservat, atque tranquillus sibiique totus constans. Narrat ipse proposita deliberatione constituisse se domesticæ administrationis solitudinem deponere, partim importunitate quorundam incolarum, qui adversus eum lite judicioque contendebant, partim testio eorum, qui iuxta monasterium secos fluminis Rheni ripam exercit in specibus et subterraneis angulis habitabant, qui parum integræ fidei atque falso habebarunt, eo quod conductis in turribus solitudinem otiamque et litterarum snaram et totius monasterii interpellabant. Constat vero solitudinem dulce et gratum esse piis animis perfugium, extra quod haud omnino satis tranquille sancieque vivitur. De his omnibus prolixa narratione res tota doloris sui, quem ex fatali incendio gravissimum hausit, deinde etiam ex molestia quas illi vicini parum integri facescebant, suis scriptis explicata est. Aëdificavit Rupertus, ne prorsus ejusmodi rerum memoria carceret, ad portam Divitensis castri sacellum dico Laurentio sacrum, cuius festum plane omnino gloriosum habebat; insuper et chorom sacra ædis forniciibus erectum mirabiliter decore perfectum reliquit. Nec fuit a calumniatoribus liber, quorum insidiis saepe appetitus est, quos tamen, magnitudine animi fregit, auxilio Spiritus sancti repressit, solans erigensque animum spe posteritatis aquoris, quando detracta persone dignitate sive conditione non quis, sed quid quisque dixerit scripturæque, severe censabitur. Etenim non ignorabat mortem omnibus horis omni inspere hominum generi, et de vivorum scriptis vivos judicare, et singula quandoque, juxta

requos atque iniquos ponderare, fore tamen judicium aliquando reculos, cum utrisque mortuis nepotum etis successerit, primisque cadentibus foliis, virens silva succreverit, ut B. Hieronymus loquitur : De quibus ipse cap. 7 et 26 super Matthaeum plene clarebat. Obtrectatores sui, μεγαλούντες καὶ ἀρχόντες τοῦ βασιλεῖος, de magistrorum suorum præstantia magnifice gloriantur : Rupertus magistros contra supercilios præ se contemnentes ingenti, ut qui nec Scripturarum sacerarum liberalièque artium scientia prædicti essent, nec aliqua nominis clarent gloria, tacite Rupertum cujusdam seu incitiae, seu ambitionis suggestantes, qui nulla celebrium gymnasiorum usus institutione esset, sed jam inde à parvulo monastica discipline vinculis alligatus, haud ita magnum ingeni doctrinæque cultum capere potuisset, cum ipse suorum laborum testem incitatorumque, præter non increditos magistros, Spiritum sanctum haberet, sentireque, cuius presentia gracie vel in uno momento admirabiles, planeque divinas aspirare possit tum ingenii tum doctrinae dotes. Clamatabant insuper hereticum esse, quippe qui a scitis catholice Ecclesie allicibi desiceret, quodque Scripturarum sanctam ad suum sensum detorqueret perverteretque. Deinde bonorum librorum omnia plena esse, nec opus esso novis libris. At ille surdus auribus voces utique contemnendas præterit (2), conscientiam nullis ejusque suspicionis maculis contaminatain sentiens, qui easteris id etatis hereticis, et in primis Colitianis, qui Deum auctorem nulli perinde ac bohi esse vulgabant, audacter obserbavat, docensque jam olim opinionem talem tempore Augustini damnatam fuisse, conscriptis in hoc libellis Novoridicis argumentorum firmissimorum continentibus. Meminit liber *De incendio*, et prefatio libri *De processione Spiritus sancti*. Adversaris respondet fere idem quod Hieronymus sua aetate detractoribus respondit, videbat librorum quidem abunde esse ab eruditis viris scriptorum, que in usum Ecclesie singulari cessari emolumento cedantque, sed sua cujusque dona, sive illa sint sapientie, sive scientie, sive in generalibus linguarum, sive in interpretatione sermonum sita, secundum Apostoli preceptum, magno studio proferenda esse communicandave; cessasse quidem Veteris Testamenti oblationem in opere sanctuariorum ecclesiastis, sed cessare ab exercitio gratiarum sive charismatum, quia Spiritus sanctus, prout vult, singulis distribuit, nequam pietatis esse. Hec ad Romanum pontificem scribit in epistola qua operi *De glorificatione Trinitatis processione Spiritus sancti* præfixa est. Confitetur ipse nonnullis in locis calumniatorum ferocia gracante in animo sibi fuisse prorsus deinceps scribendis libris supersedere, oblitus quoque animo linguis quorundam non tam eloquentiae quam malevolentie studiosarum cedere, sed illi animus usque eo inquietus fuit, dum cogitationes ad intermissa referret studia. Contigit enim quedam tempore cessantis vultum varios subire colores, sedentemque ac multa tacite sollicitaque ruminante totis artibus, ut discipulum sub imminentे virga magistri, contremiscere (3). Taque divino nutu, sed mirabiliter terribili percussus, cum relicta scriptis in gratiam rediit, repetens memoria nuncus scribendi sibi cogitus impositum, et doctrinæ salutaris bonum non publicatam intra anima recessus, tanquam ignem ossibus (quod propheta Jeremias testatur) inclusum, minime confidiri posse. Cum nec ignorabat presentem Spiritus sancti gratiam, que per sensibilem infusionem sese quandoque pectoribus nostris insinuat, doctorum etiam clarissimorum institutioni jure suum praferendum esse. Interim non deerant illi (quod numinis Providentiae acceptum ferendum est) tanquam propugnacula potentes homines (4), quorum auctoritate muniebantur qui eum clarissi-

A num habebant, omnibus et dictis et scriptis ejus mirifice capiebantur, atque ad susceptam studiorum piissimorum rationem exhortabantur. Inter hos erat Fredericus archiepiscopus Colonensis, qui eum clientium numero asciverat, et Cuno abbas postea Ratisponensis episcopus, cuius et tutelæ, Bereugero superstite, commendatum fuisse reperio! Et erat utique colendus et deosculandus, quem Spiritus sanctus illustratione tam familiari dignabatur. Numquam fere magnis ingenii sua defuerunt patrocinia, quibus post homines vates, etiam magnam invidiam incubulisse videmus. Supradicti nostrorum temporum, quibus nihil istis feris, et monstris ad maledicendum prope natis frequentibus est.

*Cordiamur et totidem plagiis consumimus hostem.*  
(Hes., Epist.)

Ita fit ut dui alii aliorum sese saturant odiis, alii viceissim eripiant alii voluntatis litterarum bonum, quod in Tusculanis suis Questionibus princeps orator Latinorum dulcissimum, nōsc summum vocat. Sed solatio est quod invidia fera et effera, pudore naturali mota, mortuis plerunque pareat. Pulchri sunt versus Callimachi :

Δένον γέροντες πάντες τελέων εὐθάδει.  
Ζῶν τι φθοράσσει, καθημόντα δ' οὐτε νέονται.

Novit hienans turpem ferau esse, que in defossa humi cadavera sevitiam suam exercet. Vivit ergo Rupertus, cuius libri in manibus hominum sunt. Vivit, inquam, posteritatis judicio clarus, terminatus laudes suas orbis terre filibus, dum quidem Ecclesia stabit catholica, cuius nomen ex suggestib; ex gynasius, ex omni denique plorum concilio libenter excipiuntur : qui solus splendidissime omnium nobilitavit Agrippinus Ecclesie ditionem, in cuius scriptis nihil nisi grave, sanctum et solidum extat. qui administrative divine gratia multa scitis cognitio neque digna per se investigavit prodiditque : qui articulos fidei Christianae sincere arguteque tractat; qui ceremonias ecclesiasticas objecta veritatis luce, detractoque quasi integrumento, nuda, plana et versus explicatione proponit insignes. Breviter, qui omnes numeros perfecti theologi absolvit, quicque vel solas ut optatissimas Neptunus exauditus, tempestates opinionum in religione Christiana excitatas componere possit. De profanis litteris, quarum scimus eum perstudiosum fuisse adolescentem, dicens extra necessitatem est : cum ipse earum fructum libro de scientia, nōne artis, donum pretiosum Dei, nōne theologie ministras seu ancillas vocat : certaque studia in administrabilem verbi coelestis expoundi sobrie cauteque adhibita, mirifice prodesse doceat.

Superest nunc ut aliquid de extrema aetate subjiciamus, codicemque orationis ambitu morbi genus, quo extinctus est tantus vir, complectamer. Et attigit ille quidem justam aetatem vitæ humanae, quippe qui summa senectute defectis viribus obierit, defunctus enris multiplicibus, laboribus diurnis, atque nocturnis. Cumque suæ vite acutum terminatus videretur, extremo anno (cognoverat enim antea Numinis predicatione se adhuc octo annos superfaturum, cuiusmodi predictionem Cassio Narbonensi episcopo, ut est apud Gregorium papam in Dialogis lib. iv, cap. 561, accidisse recordabatur), cepit memoriam anteactas vitæ contentius recolare, lacrymis se frequentioribus dare, erratorum condonacionem atque deficitorum superioris etatis sibi gratiam fieri a Domino depo-scens, nihil denique non omnium rerum agere, quo ad abstergendas anima sordes facere videbantur. Auxit sene et suspicionem adventantis mortis, auxit simul et penitentiam curam. Nec eventus hanc expectationem fecellit, siquidem hincne precipite in febrem acutissimam incidit senex optimus, que re-

(2) Vide prefationem super Joannen.

(3) Vide *De incendio*.

(4) Vide prefationem Ruperti in xii prophetas minores, et super Matth.

liquas viriem paulatim exhaustis, ita ut quidquid vel diuturnitas laborum, vel summae senectutis imbecillitas reliquum fecerat, morbi vis, suo pene jure sibi vindicaret absumeretque. Itaque piissime quietissimeque diem suum obiit, comparata immortalis pietatis ac omnis laudabilis virtutis claritate, respiraturus deinceps a laboribus, quibus nunquam vacavit, cumque suo amantissimo, quem et vivus et moriens anhelavit, quem sua scripta suavissime spirant, semper avo fructurus, cujas nec memoriam ultra unquam posteritas ut optime de hominum societate intermori patietur.

Audivitis brevibus, candidissimi auditores, vitam D. Ruperti abbatis quondam Tutiensis, quam pro virili aetate quisquis imitari student, ut in litteris pietatisque (que aptissima sunt arma Christiani hominis) cultu auctor, fructus maturitatis edere possit ejusmodi, qui nec virum, nec mortuum deserunt unquam. Alios domestica stimulant exempla, que libenter virtutibus, quamlibet paribus, externorum solemos anteferre; alios nativus splendor honesti-

A (quod ingeniorum tantum est) ad se amandum contenduntque provocat: alios denique aliae cause commoveant: nonnullos metus, nonnullos studium ambitionis, amulatio quoque multum addit plerisque vigoris ardorisque. At decus nobilissimum esse doctrinam cum pietate copulatam tam omnium gentium linguis est celebratum, quam nulli non vel credunt vel animadversum. In Ruperto autem summa habemus et doctrine et pietatis exemplar, cuius quondam vita cum doctrina consonans, laudabilem morum vivum simulacrum fuit. Ad id respicie identidem ut pictores ad imaginem, quam adhibito penicillo effigie student, subiuste respiciunt: hunc imitari, hunc exprimere contendite, memores Apostoli Timotheum suum exhortantis ad doctrinam pietatisque amorem, his verbis: « Attende tibi, et lectioni. » Et iterum: « Exerce teipsum tu pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est; pietas autem ad omnia utilis est, habens promissionem vita presentis et future. » Duxi.

B

# APOLOGIA PRO R. D. D. RUPERTO

ABBATE TUTIENSI

In qua de eucharistica veritate eum catholice sensisse et scripsisse demonstrat  
vindex

**FR. GABRIEL GERBERON**

ASCETA BENEDICTINUS IN CONGREGATIONE SANCTI MAURI.

Mendaces ostendit qui macularerunt illum  
(Sap. x.)

## PROLOQUIUM.

Scriptorum sors illa est censura legentium subjici, quorum quamplurimi ex affectu judicantes vim auctoribus inferunt, ut illorum verba in suos sensus pertrahant; plures legunt ut dente invido proscindant; alii nequidem intelligere sufficientes quae perlegunt, non tamen sine censura dimittunt auctorem.

Sors illa sane dura est; sed durior haec quae doctorem catholicum sapientius traducit, ut qui nihil nisi catholicum sapit, haeticus audiat; et qui veritati semper studuit, erroris doctor habeatur.

Durissima haec sors qua quis vel invitatus ad partes haeticorum distrahitur, ut haeticis favisse creditur, aut in eorum lisse sententias; et quasi a suis defecisset, transiissetque ad alienos, a suis deseritur, ut nec apud fratres patronum inseniat aut vindicem.

Hæc sors durissima Ruperti est, qui nec dum viveret invidiam fugere potuit; quæ quod laudem habet, acris insequitur; multis ipse in epistola ad Canonem abbatem S. Michaelis Syngbergensis conqueritur, cui esse aominis invidos qui non solum dietis, ut ait, sed et factis in eis fremuerint; nisi omni alio præsidio deficiente, Christus ipsi adfuisse, et per Berengarium abbatem

C Sancti Laurentii in publico monte Leodii ipsorum Canonicis abbatis commisisset fidei, tanquam pupillum tutori.

Plerique enim, ut ipse ad eundem jam episcopum in prologo ad librum *De gloria Filiæ hominis* scribit, ipsius opera sic legebant, ut ei insidiarentur.

Quæ tandem Ruperto et a doctoribus et ab indoctis exprobata fuerint, nosse vis? ex ipso dico, qui ut se suaque scripta ab istorum vindicaret calumnis, eorum mendacia et haereses redargentes scripsit *Apologeticum*, qui liber primus est ex quatuor quos in aliquot Regulae S. Benedicti capita compositi. Isto enim in libro qui fuerint aduersarii, et quas ei struxerunt insidias, sic exponit:

« Floriani, a Florino nominati, dixerunt Deum creasse mala, et ipsa quæ virtuti sunt contraria. Magistri autem magri ac preceptores nominati, praecipue totius Francie lumina, quorum ad audiendum ex eundem fere provinciis examina discipulorum festinabant, sententiam illam de voluntate Dei emisisse, atque constanter defendere ferebantur; et idcirco quidquid dixerim ego, non solum non audiatur, verum etiam tanquam stultum contemnebatur.